Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0001-4
DFG

8Cd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0002-0

PRAESTANTISSIMO VIRO

IO. ANDREAE MEYENBERG

CLAVSTAHLIA CHERVSCO, VIRTVTE, DOCTRINA AC RARA MORVM VENVSTATE MELIORIBVS CARO IVCVNDOQVE OMNIBVS, A. D. XVI KL. IVNII IN INCLITA ACADEMIA IENENSI ELOGIVM DOCTV RAE PHILOSOPHICAE CVM IVRIBVS EIVSDEM AC PRIVILEGIIS INTER VOTIVAS ADCLAMATIONES ADEPTO, FAVSTA PORRO AC FELICIA TOTO PECTO RE PRECATVR IN STVDIIS INCREMENTA

GE. NICOLAVS KRIEGK

ILFELDAE
AD MEDIAE PORTAM HERCINIAE

A. R. G. CIↃ IↃ CC XXI

156

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0004-1

* * *

SCAZONTICA

GRATVLATIO

AD EXIMIVM

MAGISTRVM MEYENBERG

DVM laureatum conſecutus es decus
SOPHI MAGISTRI, PERDILECTE MEYENBERG,
noſtrae ſcholae olim portio perinſignis;
iam gloria, atque gentis optimae ſplendor:
multis modis laetatus hac adorea,
TVA qua polita exiſtimata doctrina
eſt digna: quam non fictus ardor exornat
pietatis, atque ſanctitatis vmbratae.
Vita coruſcaſti innocente conſtanter.
Merces quidem pulcerrima ſibi virtus;
omnem colorem deſpicit adoptiuum:
non abnuit praeclara mens tamen poni
in luce clara: calcar atque non leue,
honoris id certamen addit excellens.
Famae decor declarat igneam mentem,
vanis procul miſſis, inertia, ſomno.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0005-7

Tam nobilis laudis cupido TE traxit
hucusque, FORTVNATE MENTIS ERECTAE
IVVENIS: ſupergreſſus TVI ordinis plures,
quos torpor, atque noxiae voluptates,
et quaeque ventri ſuauia, retraxere.

Es ſingulari prouidentia DEI,
in hocce prae multis beatus ac felix;
dum tantus obtigit ſalutis aſſertor,
BVDDEVS ILLE, qui ſua bona fama,
meritisque maior, queis ad aſtra tollendus:
HIC plura praeſtitit TIBI parente ipso.
Sic proſpicit vere piis DEI cura;
et qui ſuos actus dicant ei cunctos.
penes DEVM ſalubrioris eſt vitae
ſpes; atque maecenatibus iuuat mire.

Sed non opus multis, AMICE DILECTE;
congratulationis, atque votorum
quidquid ſuper, perſoluat hic breuis ſcazon:
TITVLVS MAGISTRI ſit TIBI ſalutaris;
et tam ſacrae, quam Pallados rei proſper.

* * *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0006-2

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
(?) nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178
Sb.

VD17

RH0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0008-3

156

PRAESTANTISSIMO VIRO

IO. ANDREAE MEYENBERG

CHERVSCO, VIRTVTE, DOCTRINA
M VENVSTATE MELIORIBVS CARO
OMNIBVS, A. D. XVI KL. IVNII IN
EMIA IENENSI ELOGIVM DOCTV
HICAE CVM IVRIBVS EIVSDEM AC
ITER VOTIVAS ADCLAMATIONES
A PORRO AC FELICIA TOTO PECTO
TVR IN STVDIIS INCREMENTA

ICOLAVS KRIEGK

ILFELDAE
EDIAE PORTAM HERCINIAE

A. R. G. CIↃ IↃ CC XXI

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-317767-p0009-2